



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibus, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Complectens Sanctos Mensivm || Ivlii Et Avgvsti

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10261

De SS. martyribus Sophia, eiusque filiabus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77405)

MARTYRIVM SANCTARVM MULIERVM SOPHIAE ET EIVS FILIARVM, FIDEI, SPEI ET Charitatis, auctore Simeone Metaphraste. Capitula ad marginem adiecimus.

1. Augusti. Cap. 1. Adriani Imperatoris superstitio.



OSTQVAM fuisset salutaris praedicatione ubiq; annu- ta, & omnia esset repleta cognitiōe Domini, veluti quēdā sceleris reliquiae Adrianus Romanorum administrans Imperium: in falsos deos, qui nominantur, ostendebat plurimam, si vilis alius, superstitionem, alios quidem al- liciens blanditijs, alios autem etiam minis territans. Illo autem tempore mulier quaedam pia & religiosa, nomine Sophia, clara genere, Italia natione, cum esset viduata ma- rito, cum tribus filiabus solis vitam agitabat. Ea cum si- mul cum virginibus, quae erant valde honestae, & elegan- tes animo & corpore, Roma versata esset, non fuit errore- seducta, neque ad impij Imperatoris declinavit religionem, factis ipsis pulchre suam ostendens appellationem, quae nomen verē sumpsisset à superna sapientia, & diceretur Sophia. Quae est enim desuper sapientia, inquit diuinus Iacobus, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, obediens, plena misericordia & fructibus bonis. Eo enim, quod virtutis fructus apud eam agnoscebatur, adaptauit filiabus suis appel- lationes: & illae rursus in se ostendebant esse veras: neq; habebant aliquid rami, quod discreparet aut esset alienum à radice.

Re & nomi- ne Sophia, ad est Sapi- entia diceba- tur. Iacob. 3.

Cap. 2.

Antiochus praefectus accusat So- phiam & fi- lias, quod cum matre inueniebantur inter se fraternē consentire, & erant veluti corona sibi equalis, quae per ipsas & matrem complebatur, alacriter iuerunt. Postquam autem sederunt pro tribu- nali Praefecti Urbis, cum ipse eum, qui dixit, non esse timendos eos, qui occidunt cor- pus, & pollicitus est se dandam esse sapientiam, Dominum inuocassent, & se Crucis figura munissent, omni timore deposito, steterunt cum forti & generoso animo. In- dex autem, coniectis in eas oculis, cum vultum vidisset liberalem, mentemq; magnā & praecellam, cui ferebat testimonium oculorum & habitus modestia, mittens fungij munere Iudicis, conuersus est ad admirationem.

Sistuntur coram tri- bunali. Mart. 10. Nota de cru- cis figura.

Cap. 3.

Antiochus Praefectus accusat So- phiam & fi- lias, quod cum matre inueniebantur inter se fraternē consentire, & erant veluti corona sibi equalis, quae per ipsas & matrem complebatur, alacriter iuerunt. Postquam autem sederunt pro tribu- nali Praefecti Urbis, cum ipse eum, qui dixit, non esse timendos eos, qui occidunt cor- pus, & pollicitus est se dandam esse sapientiam, Dominum inuocassent, & se Crucis figura munissent, omni timore deposito, steterunt cum forti & generoso animo. In- dex autem, coniectis in eas oculis, cum vultum vidisset liberalem, mentemq; magnā & praecellam, cui ferebat testimonium oculorum & habitus modestia, mittens fungij munere Iudicis, conuersus est ad admirationem.

Cap. 4.

Horum verborum libertatem, & cum libertate sapientiam admiratus est impius. Ut qui autem iam primo facto periculo esset superatus, tunc quidem distulit virginū interrogationem: apud quandam autem mulierem ordinis senatorij, nomine Palla- diā, iubet eas cum matre seruari, imperans, vt eas tertio die produceret ad examina- tionem. Illae autem ocio, quod eis datum fuerat, recte vtentes, animum adhibebant matri,

Cum autem matrem propē curasset sistendam, & illas semouisset: Non parua sunt, inquit, o mulier: quae aduersus te deferuntur. Siquidem non parua res est, mo- rum à parentibus traditorum & religionis negatio. Cur ergo Romanorum regio- nem impleuisti tumultu & dissensione, omnino non esse deos, sed eos esse solum no- mina, quae rebus ipsis careant, asserens? Dic ergo quamprimum patriam, genus, no- men & religionem. Illa autem: Primum quidem, inquit, mihi est praecipuum no- men, ex Christo appellari: Sophia autem, est mihi impositum nomen à parentibus. Genus duco ex ijs, qui primos magistratus gesserunt in Italia, in qua etiam sum nata. Inter omnia verò, vt à me dictum est, gloriōr inuocatione meī Christi & Do- mini, cui fui oblata continuo ab ortu, & cui obtuli fructum meī veri: propter quem etiam uenimus in hanc Romanorum ciuitatem, vt cum rectam fidem vsq; ad mortem conseruauerimus, pulchrum viaticum afferentes, pro Christo susceptam decertationem, & transeuntes à morte in vitam, haeredes simus bonorum, quae sunt illic promissa.

matri, quæ eis sua debet ea, quibus erat opus. Dicebat enim eis: Ego quidem ô dilectæ filia, cum vos secundum carnem genuissem, omni doctrina & sacris literis erudij. Quoniam autem tempus vos vocat ad certamen, meorum verborum fructus qualis sit, in vobis appareat: & diu à vobis meditatam virtutem, quæ vobis breui est inferenda, non vincat iniuria: neque erroris imbecillitas re qualibet fortiozem superet veritatem. Mihi est suspecta ætas vestra iuuenilis & tenera: sed non extimescat periculum. Vobis enim opem feret inuictum Christi auxilium. Date ergo meæ se-
nectuti, date, vt vestris certaminibus iuueniliter exultem, firmam & stabilem seruan-
tes vsq; ad finem Christi confessionem: qui & manu coronabit immortalis, & quæ nõ
possunt marcescere, vobis præbebit coronas, post quas in secula choros simul ducetis,
& fruemini delicijs, in quas non cadit interitus: & consequemini diuitias, quæ non
possunt surripi: & quæ nunquam desinit, voluptate potiemini. Est ergo prudentium
paruis permutare maxima, in stabilibus permanentia, fluentibus ea, quæ non exinan-
untur. Est enim omnium negotiorum hoc longè præstantissimum, paucis sanguine
emere regnum cælorum. Et hæc quidem Sophia.

Matri autem congruentes filia: Tu quidem, inquit, ô veneranda mater, nos ma-
ternis precibus prosequere, eas nobis præbens bonum tutamen: Dominus autem, qui
dixit: Nè solliciti sitis, quomodo aut quid respondeatis, quando ducemini ad reges &
præfides: is omnino, vt qui sit verax, non mentietur: vt qui sit autem promif-
sum implebit, præbens nobis sapientiam, per quam poterimus verè stultam sapientiã
& quæ exinanitur, vincere, & aduersus impietatem apertè trophæum erigerè. Cum
tres ergo præstituti dies iam præterijissent, ducuntur sanctæ ad interrogationem. De-
indè Iudex cum esset callidus, & considerasset quidnã tenerarum adolescentularum
animum maximè remittere & emollire posset, eas multis aggressus est blanditijs: &
Cum videam, inquit, ô puellæ, vestram pulchritudinem, & quæ ex hac forma effluit,
voluptatè, non existimo vos ex humana processisse natura, sed è diuiniore aliqua esse
editas, ad eorum, qui vos cernunt, admirationem. Et idè in vos paternam ostendens
benevolentiam, rogo vos, charissimæ, nè amanti patri velitis omnino esse inobedi-
entes: sed primùm quidem cogitate, qua sit ætate mater vestra, cuius necesse est flagel-
letur senectus, si vos non parueritis. Deindè animo versate vestram teneram ætatem,
flore pulchritudinis & speciem, quæ non potest verbis exprimi: quam quantum
admiror, tantum puniam etiam inuitus, si vos non parèdo molestiam afferentes, me
ad irã prouocaueritis. Et tunc, proh dolor, malè peribitis, quando vos maximè opor-
teret gaudere, felices esse, diuitijs & gloria, & Imperatoria frui benevolentia, ipsisquæ
temporis & ætatis vos explere delicijs. Sed hæc quidem iudex.

Dixerunt autem virgines, Sophia germina: Nos neque promissa, quæ tu dixisti, cu-
pimus: neque minas, nec tormenta curamus. A manus enim bona, in quæ non cadit
interitus, & sponsum, qui non perit, humana omnia cõtemnentes. Quod autem mi-
naris matrem te esse flagris casurum, tanquam hoc modo nos territurus propter na-
turalem inter nos inuicem cõsensionem, nescis te nobis, & illi annuinciare bonorum
perfectionem. Quid enim Christianis potest esse iucundius, quam pati pro Christo?
Etiam si non haberemus tales, quæ sperantur, remunerationes, quam nõ gloriæ præ-
stantiam superat, pati pro eo, qui nos formauit? Quãdò autem nobis etiam paratum
est regnum cælorum, & diuitiæ, in quas non cadit interitus, & perceptio bonorum æ-
ternorum, conari nos traducere à nostra sententia promissione bonorum, quæ sunt
ad tempus, est aperta insania. Nè fallaris ergo Iudex. Neque enim assentās trahes, ne-
que puniens nos conuertes: sed tunc maiorem afferes molestiam, si parcens huic, quã
tu magnificas, iuuentuti & pulchritudini, nõ sis graues illaturus cruciatus. Nos enim
damno officies maiorum bonorum remunerationis. Postquàm audiuit Iudex hanc
firmam & cõstantem defensionem, statuit eas separare à se inuicem, & singulatim eas
adducere ad examinationem: vt sic quoquæ eas maiore afficeret molestia, & eis vre-
retur imbecillioribus. Cum autem interrogasset de ætate & nominibus vniuscuius-
que, & à matre accepisset, vnam quidem vocari Fidem, & iam agere annum duode-
cimum: alteram autem duobus annis esse priore minorè, quæ vocatur Spes: tertiam
autem nominari quidem Charitatem, vno autem anno esse secunda minorem: pri-
mam iussit primùm produci: & Sacrifica, dixit, Dianæ, ô adolescentula: Non hoc tibi
nouum imperamus, sed quod à nobis quoquæ fit iandiũ.

Illa autem tanquam eo ipso vellet ostendere, eos frustra ipsas separasse, volentes ex
Cap. 7.

Sophia cõ-
firmat fi-
lias suas.Cap. 5.
Matth. 10.Blanditur
puellis ver-
sipellicis iu-
dex.Miscet mi-
nas.Cap. 6.
Constantia
virginum.Præclara
vox.Ætas Fidei
Spei & Cha-
ritatis foro-
rum.

Fidei egre-
giū respon-
tam.

tribus contextam comminuere catenam, vt qui ignorarent esse ei ex alto audaciam & doctrinam, quoniam scilicet modo oporteat respondere: O vestram, dicebat, quae in profundum vsque penetrat, caecitatem, qui tam miserè caecutientes, alijs etiam vultis esse viae duces: & cogere vultis, vt procedamus vobiscum ad eandem viam interitū. Qui nam autem homo, si sapiat, persuadebitur à vero quidē Deo recedere, cuius manuum opera sunt caeli & terra, & omnia, quae sunt in eis: ad opera autem manuum hominum tanquam ad deos, accedere, & ijs, quae sunt mentis expertia, & surda, eliger cultum offerre? Fuerit hoc summus stupor, & tam corum, qui iubent, quam qui parent, amentia. Fac ergo quod vis, & ijs, quibus vis, nos tradē malis. Melius est enim prius pati omnia, dum sapimus, quam persuaderi, vt talia faciamus. Quae dicta fuerat, replent ira Iudicem: & cum non posset persuadere, ad vim faciendam se contulit. Iu-

Fides caedi-
tur virgis
accersimē.

bet ergo ei adimi vestem, & manibus ponē vinctis, eam virgis verberari grauissimis. Cum autem experientia maiorem ostenderet constantiam & vehementiores spiritus, & martyr, non vt quae virgis caederetur, sed vt quae rosas spargeretur, potius esset affecta, nē vibicibus quidem in corpore eius apparentibus, incitabatur magis Iudex ad crudelitatem, & iubet ei mamillas excindi. Tum licebat in ea videre rem nouam & prodigiosam. Ei enim pro sanguine fluebant riuus lactis. Quod quidē Iudici maiorem adhuc iram accendebat: & supra candentem focum eam iussit imponi. Sed quomodo ille cum esset malus, facile excogitabat supplicia: ita etiam bonus Deus per ea, quae intentabantur, Sanctam non cessabat glorificare. Quod hic quoque vsu venit. Nam cum ignis eam apprehendisset, conseruabat illa sam, amissa propria operatione. Deinde rursus quoque illinc sublatam, iubet iniici in sartagine m pice accensam & bitumine. In cuius stans medio, constanti & minimē turbato vultu supernum inuocauit auxilium. Et continuo ignis non erat ignis, & ardor mutatus fuit in frigiditatem: adeo vt videretur in roscido prato & in molli herba Sancta requiescere.

Cap. 8.

Sic ergo omnibus, quae inferebantur, supplicij martyrem quidem Christi nihil laedentibus, eos autem, qui adspiciebant, mouentibus ad admirationem, nesciens quidnam ageret maligni minister germanus, in eam mortis gladio inferenda pronunciat sententiā. Quod cum esset ei renūciatum, apertū erat, gaudio plenam esse martyrem.

Hortatur
suas sorores
ad constantiam.

Qua matrem est precata, vt oraret pro filia: & sorores est exhortata, vt nō dubitarent mori pro consequendo brauiō aeternae vocationis: Scitis, dicens, cui nomen dedimus & cuius sumus signata signaculo. In eius ad finem vsq; persistere confessione, nē ignauia adducta dubitemus. Vna mater nos genuit, eadem tres aluit, ab vna sumus educta tam corporali alimento, quam spiritali: Sit vnus finis etiam tribus, s̄roribus sint etiam fororiae & germanae voluntates. Sit prima domesticum exemplar ijs, quae eam consequentur. His verbis confirmatae sorores, cum martyre alloquentes, extremum ei vale dixissent, rogauerunt vt pro se communem precaretur Dominum, vt sine offensione cursum ei parem peragerent, vt pares quoque consequerentur coronas.

Cap. 9.

Generosa autem mater, non illiberaliter, neque pusillo & effoeminato animo se gerens, sed perinde ac erubescens aliquid facere, aut dicere, quod esset abiectum & indignum tali filia, erat omnino magni & excelsi animi, hanc solum animo accipiens molestiam, nē videret alias primae exemplum non assequi, & veniret in periculum, nē vnus solius, & non trium videretur esse mater germana. Quocirca filiam dignis verbis prosequabatur: Ego quidem, o filia, te genui, dicens, & propter te tuli partus dolores, & te nutrens deduxi ad hanc vsque aetatem: sed nunc accipio mercedem alimenterum, accipio laborum remunerationes, easque multiplicatas. Nam et si nullus possit parem gratiam referre parentibus, (quomodo enim, cum ab ijs ipsum, quod sumus, acceperimus?) tu tamen mihi omnia abundanter reddidisti, cum tu me talis filia matrem esse ostenderis, & tam magnifice pro Christo decertaueris. Ad quem vade, filia, vade, tuo sanguine pro eo effecta purpurea, quo tuo sponso conspiciēris, quo coram ipso sistēris, quouis colore & flore colorata speciosius. Hac cum illa à sororibus & matre audiisset, porrecta continuo ceruice, ei caput amputatur: & sustollitur ad Christum, qui est caput omnium.

Fides capite
punitur.

Impius autem iudex non ferens ignominiam, ex se parte victoriae damnum cogitabat ex alijs reparare: multo autem magis per eas quoque victus apparuit. Continuo ergo accersita ea, quae erat secunda: Crede mihi, inquit, filia, & cum maximam deam Dianam adoraueris, laxa discede. Illa autem, spes reuera, quae pudore affici non potest: Quomodo, inquit, credidisti me esse sororem praecedentis, cuius iam fecisti periculum:

Cap. 10.

culum:

Rom. 5.

calum: ita tuo sit etiam animo persuasum, fore vt constantia conspiciat eius foror: & nihil esse omnino nec latum, nec molestum, quod me ab hac traducat constantia. Hæc cum ille audisset, conuertitur continuo ad puniendum, producere interrogacionem, inane esse iudicans & superuacaneum. Veste ergo nudatam, iubet ipsam quoque, sicut primam, crudis boum nervis flagellari. Cum autem par supplicium sustinens, ei quoque parem ostenderet fortitudinem, maior ira Iudici est excitata: & iubet fornacem valde accensam, venerandam excipere martyrem. Sed Deus fororis, eius quoque curam gerebat similiter. Id ipsum autem nunc quoque accidit, quod in flamma Babylonica: nam ingressam martyrem flamma nequaquam eam tangebatur. Propterea ergo Spes emittebat voces, quibus simul & gratias ageret, & supplicaret. Agebat enim gratias, quod in malis illa fuisse conseruata: supplicabat autem propter ea, quæ erant futura, vt in omnibus illius nomen glorificaretur, & pudore afficerentur impij.

Spes crudis
neruis ca-
ditur.

Dan. 3.
Ignis eam
non con-
tingit.

Cap. 11.
Vngulis la-
niatur.

Irridet ty-
rannum.

Condem-
natur capi-
tali suppli-
cio, Spes.

Honorat
fororis fan-
ctas reliquias.

Cap. 12.

Charitatis
puella mi-
ra constan-
tia.

Dirè exten-
ditur loris.

Eam ergo non reueritus impius, quæ ipse quoque ignis visus est reuereri, iubet eam ligno suspendi, & ferreis laniari vngulis. Illa autem tunc quoque eandem præ se ferebat animi magnitudinem, quam in malis præcedentibus ostenderat. Quamobrem liberalis quidem gratia illustrabat oculos: membris verò dilaceratis quidam odor suauis aderat. Leniter autem summis labris subridens: Tu quidem, inquit, ô sanguinarie, putas robur meum enervare supplicij. Ego autem à meo Christo confirmata, confido fore, vt te infirmum reddam & imbecillum, & irritos efficiam tuos conatus, qui cum foemina bellum gerere sis aggressus, idque cum sim iuuacula, & ad opem mihi ferendam nihil habeam paratum, nisi quod in Deo vero confido. His ad furorem incitatus, iubet lebetem pice & resina plenum, & vehementer accensum Sanctæ subijci. Deo autem de more operante, lebes quidem dissoluebatur tanquam cera à facie ignis: quod verò in se habebat incensum, repente diffusum, non paucos perdidit ex ijs, qui circumstantabant, infidelibus. Sed ne sic quidem potuit ille mente cæcus intelligere, quam esset hæc virtus, quæ faciebat miracula. Vnde etsi in omnibus, quæ fecit, suus patus fuisse, nesciens tamen quid ageret, in eam mortis per gladium inferendæ, æquæ atque in eius sororem, pronunciat sententiam. Rursus autem ea quoque in decessu preces implorabat maternas: postremam autem post ipsam sororem excitabat ad certamina, se ipsam pulchrum & certum exemplar præbens, & ex eo, quod passa sit, orationem faciens fidedignam. Deinde ad iacentes fororis accedens reliquias, eas amplectebatur: & partim quidem ex eo commota, quod esset foror, ad lachrymandum attrahebatur à cognatione: partim autem intelligens martyrem eam esse, quæ iacebat, reliquias honorabat, tanquam sanctas, & ad gaudium retrahatur. Quomodo enim propter Sanctam lachrymaretur, ad quam lubenter pari modo mortis iam tendebat? Suscipit ergo ipsa quoque mortem gladio, & pulchram viam ingreditur, viam verè beatam, & quæ est expetenda quidem omnibus Christianis, sed quam pauci ineunt.

Iniquus autem Iudex cum ad extremam venisset dubitationem, & non posset apertam ferre ignominiam, in extrema tamē sorore adhuc spe tenebatur. Eum enim mouebat valde tenera illius ætas, quæ ei existimabatur fore expugnata facilis. Postquam autem adhibuit interrogaciones, & mouit verba, quæ poterant persuadere: Nè te decipiat, inquit Charitas, ætas mea tenera, vt quæ facile possit decipi, & à tuis verbis alluci. Tecum docebit mox experientia, me esse ramum eiusdem radicis, & foetum illius vniuersi vteri, cuius iam duorum germinum & filiarum fecisti periculum. Non enim, quantum in me erit, priores pudore afficiam, neque degenerabo ab eadem nobilitate: sed tantum superabo fortitudine, quanto maiorem habeo experientiam, vt quæ Christi auxilium in eis didicerim. Hanc libertatem non tulit sceleratus: sed trahi iubet suspendi Charitatem, & omni ex parte extendi loris, adeo vt membrorum compages vehementi illa contentione diuellerentur à naturali sua compositione. Sed Dei virtus, quæ aliarum sororum curam gesserat, cum ipsa quoque erat, illam illasam seruans à malis. Acceditur ergo ei quoque fornax ex omnis generis materia, cum is, qui iusserat, prius vehementi ira fuisset incensus. Vides, dicit ille martyri, ignem, qui contra te mouetur. Non poteris aliter minas eius effugere, nisi quod imperatur minimè tergiuersans, effectum redere studueris. Ego autem te vt etiam benignius. Dic enim solum, Magna Diana: & statim ab omni criminatione liberaberis. Illa autem: Absit, inquit, vt vel solo verbo faciam aliquid impium & indecorum, & linguam tali pollutam locutione, quæ est aliena à pietate in eum, qui creauit.

Cap. 13.
Infilic in
ignē illata.

Quid deinde? Verbis relicis, fecit, quod ei iubeat ira, & iussit eam iaci in ignem. Illa autem non solum eos, qui ipsam erant compræhensuri, sed propemodum ipsam etiam iussum præueniens, in mediam flammam insiluit, tanquam in aquas calidas & lauacra suavissima. Protinus ergo flamma quidem diffundebatur, & apprehendebatur eos qui circumstant. Tetigit autem ignis ipsum quodque iudicem, & apprehendebatur impietatem: tum ut ipse minimè dubitaret, sed vteretur seipso teste diuina potentia. Sic ergo res quidem impiorum afficiebantur dedecore: glorificabatur autem

Læditur Iu-
dex cū ad-
uersarijs ab
igne.

Deus per suam martyrem. Iudici autem malè se habebat ea pars corporis, quam flamma terigerat: & mittit quosdam, qui Sanctam adducerent. Qui autem missi fuerant, vident quosdam candidis indutos vestibus, eleganti & honesta specie, qui vel sola forma poterant adducere in admirationem. Qui etiam sæpe visi fuerant cum beata versari in fornace, & simul cum ea preces fundere. Cum autem eis Sanctam conatibus capere soluta essent dextera, non valentes aliquid amplius facere: Egredere clamabat, ancilla Dei: vocat te Iudex. Quæ etsi ex igne egressa esset illa, cum ei omninò non nocuisset ignis, & impius corpus haberet adhuc semiustulatum, & ex ipso posset intelligere: crassam tamen nubem ferens in oculis, erat planè insipiens. Propter eam in eam rursus alia induxit supplicia, & iubet eius membra transfigi terebris. Cum autem martyr habens omninò mentem ad Deum sublatam, parum aut nihil curaret tormentam, eam morte condemnat. Quod quidem cum audisset adolescentula, cuius non erant pusilli & muliebres spiritus, & reputasset hoc esse veluti signaculum & firmitatem suam in Deum confessionis, magnas Deo egit gratias: Ago tibi gratias, dicens, diuina Trinitas, vna diuinitas, vna gloria, vna potentia, quod te & tuis martyribus meis fororibus dignam me, quæ sum minima, reddidisti. Concede autem, ut mater mea post meum decessum tandiù sit in hac misera vita superstes, ut tuis ancillis iusta faciat.

Cap. 14.

Cum sic precata esset beata Charitas, admirandæ filia mater admirabilis pro ea esset precata, non ut eam videret viam, & longo tempore viueret, mortè effugiens, & eam solam haberet consolationem & spem senectutis, cum ab alijs esset deserta filiabus: nihil horum est precata, aut voluit: hæc enim iudicabat esse matrè illiberalis & pusilli animi, & quæ intuentur solam ad id, quod adest, & quod videtur: sed ut conuenienter eius proposito acciperet consummationem, & bona facta bonus sequeretur exitus. Quam obrem ad mortem ei addens animum, & ad finem cursus confirmans: Eugè, dicebat, o filia, O mei vteri re vera felix planta, O quæ honorauisti parentes, O quæ Deum in tuis glorificasti membris. Quis non tuam laudabit fortitudinem? Quis non animi robur & constantiam? Vade ad communem Dominum, ad thalamum, in quem non cadit interitus, ad quietem reuera beatam, laborum acceptura remunerationem. Ut visione apprehendo coronam, quæ dextera Domini porrigitur. Ut video angelos stantes, & expectantes tuam consummationem. O quibus ego tribus filiabus honorauit Trinitatem: Qualia dona, quales ei obtuli suffitus? Tales preces, talia verba cum e-

Caput am-
putatur S.
Charitati.

gregia mater filia præbuisset viaticum, profecuta est ad viam desideratam. Collum itaque porrigens beata, prompto & alacri animo subiit mortem pro Christo. Cuius corpus mater simul cum magna affectione & pietate est amplexa: faciensque, quod volebat ratio & natura, cum ipsum suffisset, & ut decebat matrem & martyrè amantem, splendide & magnifice composuisset, & ea fecisset, quæ de more fiunt in rebus huiusmodi, id quoque in templo deponit simul cum fororibus, quod illa prius præclare excitauerat, rem magnam & thesaurum, qui consumi non potest, verè amans Christi scemina largita Christianis medelam animæ, medelam corporis, inoffensam vitæ transactionem, Deo coniunctionem, & qui potest magna bona præbere.

Deinde cum tres integri dies intercessissent post illius consummationem, egressa hæc egregiarum filiarum mater pro sacrosanctis filiabus peractura commemorationem, accedens ad loculum reliquiarum: Preciosa, dixit, apud Deum hostia, consummata & pulchre litata sacrificia, accipite vestram matrem contubernalem in vestris, quæ habitatis, tabernaculis. Hæc dixit, & simul cum his verbis abscessit mulier egressa, & somno, qui iustis congruit, obdormit, mater addita filiabus, & communiter rursus choro sanctorum. Cum autem piæ conuenissent scemina, ei quoque iustis factis, deposuerunt in communi loculo filiarum. Oportebat enim, quomodo animarum, ita etiam corporum esse vnam habitationem: Ad gloriam patris, & filij, & spiritus sancti, vnius diuinitatis: Quam decet omnis gloria, honor & adoratio, nunc & in secula seculorum, Amen.

S. Sophia
obdormit
in domino.